

INTRODUCTIO.

I.



Tentoreo plane more seculo elapso Pontificii, se esse veram Ecclesiam, extra quam nulla salus sit; discessum proinde ab ea facientes, perpetuis adjudicari ignibus excrucianos clamitarunt, & adhuc clamitant.

II.

Gloriationem hanc Thraſonicam, & clamorem stentoreum, qui ex ea egressi, agre tulerunt: Lydio igitur divini verbi lapide adhibito, rem paulo pressius examinantes, deprahenderunt, illo nihil minus verum esse.

III.

Ecclesia namq; vera super angularem illum lapidem, qui est Christus, extructa, nihil recipit, amplectitur & exosculatur, nisi quod fundamento isti ad amussim respondeat: Ecclesia vero Pontificia doctrinam suam erroneam & pomposam, partim ab Etbnicis, partim a Judeis, partim ab hereticis mutuata est.

IV.

Plocci igitur pendentes clamorem nominatum, immortales immortalise Dno gratias debere agnoverunt, quod 1. Ecclesie sue gravissime preſſe, & tantum non oppressa misertus, eam Apostolico nitore restituere, quod 2. maximam quoq; hominum partem, ex Pontificiorum errorum sentina, & conscientiarum carcere squalido educere dignatus fuerit.

V.

Illumq; calidissimis invocant precibus, ut imposterum quoq; Jesuitis, subtilioribus veneni Pontificii Instillatoribus frenum snjicere, eosq; si sanabiles sint, ad veritatis agnitione perducere. verbumq; suum sartu rectumq; posteris nostris, si qui futuri, concedere clementissime annuat.